

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

Ich komm zu dir Herr Christ/ denn
sonst ist keinem Heil/
Du bist mein Seelen-Arzt/ und meh-
res Herzen Theil.

IN FESTO ANNUNCIATIONIS
DOMINI.

Ex Luc. I. 28.

*Angelus humanis Mariam more salutar,
Ergo ex hoc uos nulla latecia sunt.*

ORACULUM SACRUM XXI.

Matth. IV. 10.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Κύριον τὸν Θεὸν προσκυνήσεις καὶ αὐτῷ
μόνον λατρεύσεις.

Latina Versio Vulgata.

Dominum DEum tuam adorabis, &
illi soli seruias.

Versio E. LUTHERI.

Du sollst anbeten GOTT deinen
Herrn/ und ihm allein dienen.

NOTE.

N O T E

1. Christus hæc verba desumpsit ex Deut. VI. 13. ubi habetur vox יהוה יהוה autem cuius plurale יהוהים non notat Dei, dominum, sed verum Deum designat. Quod si radicem ejus querere lubet, placet Thomæ Erpenii, Sixtini Amama, Lud. de Dieu & B. Glasfii sententia, qui nominis hujus radici seu themati jam inusitato יהוה notionem adorandi, assignarunt, idq; ex Arabismo, in quo יהוה adorare significat. Unde Arabes quoque Deum Ilahon vocant, quia solus adorandus est. Hujus vocis etymon eleganter exprimit Christus h. l. quando dicit: Dominum Deum tuum ADORABIS. Vi autem hujus Arabice originationis Elohah morat essentiam divinam, quæ eadem adoranda est, quæ unicus soli Deo propria, contra Socinianos. S. compri-
mis Crellium, qui lib. de DEO S. attrib. divinis. c. IIX. p. 70. nomen Elohah soli DEO competere negat.

2. Christus in tertio suo cum Diabolo congressu, adducens textum Deut. VI. 13. addit particulam *unus*, SOLI, quæ apud Mosem non extat, & quidem ideo additur, ut hoc nomen Mentem cum rectè, perspicue, & fideliter reddat.

tus LXX. qui legunt *αὐτὸς μόνος λατρεύων*,
 quæ versio fieri cœpit etiam ante Alexandri
 Magni & Persarum imperium, ubi lex Moysi &
 egressus Israelitarum ex Ægypto Græcè exi-
 tit, testante Aristobulo in Epistola ad Ptole-
 mæum Philometora. Non igitur statim est
 falsatio scripturæ sacræ, quando aliquid vel
 allegatur vel explicatur, non quoad ipsissima
 verba, sed secundum sententiam, *contra Pon-*
tificios, qui B. Lutherum accusant adulterationis
& falsationis scripturæ sacræ, quod verbis ap-
ostoli, Rom. III. 28. addiderit voculam Altin.
 Sed quæ adversarii non accusant versionem
 vulgatam, quæ vocem SOLA aliquoties textui
 inseruit (Exempla vide Deut. XII. ult. XVI. 9.
 XXII. 27. XXXIII. 39. I. Sam. X. 19. XII. 19.
 II. Sam. II. 10. XIX. 40. Zach. IIX. 19. &c.) Scilicet
 hoc fit ideo, quia versio Vulgata à Concilio
 Tridentino fuit canonicata, versio verò Lu-
 theri non item. Quæ non accusant B. Lu-
 therum, quod in eodem cap. v. 16. interseruerit
 voculam Altin. Scilicet hoc ideo fit, quia hæc ver-
 sio in hoc versu non contradicit idolomanie
 Pontificiæ, sed quia B. Lutherus hac versione,
 in v. 28. omnia opera removet ex actu justifi-
 cationis, & hæc versio adeo solida, ut urat ad-
 versariorum animos obstinatos, ideo Jesuita

in scriptis & sermonibus vapulat & accusat. Verum, quomodo B. Lutherus hanc veronem, contra Pontificios, tueatur, apologia-deri potest, Tom. 5. Jenens. f. 142. & seqq. go progredior, quia hunc errorem vel potius urorem notavi parte prima in enucleat Davi-ici oraculi Pl. XXXII. 1. & 2. & supra in enu-lead oraculi sexti.

3. Christus heic utitur vocabulo *λατρεία*. *ατρεύω* autem & *διδάσκω* pro uno eodemq; amuntur, quod Ludovicus Vives vir doctissimus, & quidem Pontificiæ religioni addictus, in comment super I. D. Augustini de C. D. non olum ex Suida, Xenophonte & Valla, verum- etiam ex ipsis scripturæ sacræ testimoniis & xemplis docet & probatum dat. Exempla ideantur Deut. XXVII. 47. 48. Jud. II. 7. Rom. VII. 6. cap. XII. II. & notentur, *contra modo ominatos Papeos, inter δαλείαν, ὑπερδαλείαν & λατρείαν distinctionem fingentes & docentes Mariam virginem ὑπερδαλείαν, reliquos san- tos δαλείαν, sed DEUM λατρεία colendum esse.* Vid. Eccius in Enchiridio, aliq; complures.

4. Ex h. l. tale exurgit argumentum: Quicquid sacra Scriptura SOLI creatori vendi- cat, illud non debet dependi creaturis.

Atqui sacra scriptura h. l. & alibi, cultum adora-

adorationis & invocationis religiosa, SOLI creatori vindicat. E. non debet dependi creatoris.

(Nota: Adorationem & invocationem in assumpto conjungo, quia hoc quidem in argumento sunt idem. Non enim nobis sermo est de adoratione civili, quæ poplitis flexu, aut corporis incurvatione, externa reverentiæ, symbolo perficitur, quæq; presentibus in hac vita non sanctis solum, sed etiam profanis & impiis hominibus exhibetur, sed de adoratione sacra, seu religiosa, quæ fit in spiritu & veritate Joh. IV. 23.)

Opponimus autem hoc argumentum:

I. SATANICIS, qui diabolum adorant, in quorum numerum merito referendi Magi, sagæ, venefici, harioli, (sic dicti q. harioli à fardo) & hujus furfuris alii, quoquo modo in rebus dubiis Diabolum adorant, ejusq; responsa, oracula & vaticinia superstitiosè venerantur.

II. ETHNICIS, qui servierunt creaturæ potius quam CREATORI DEO benedicto in scitula. Rom. I. 26.

III. COLLYRIDIANIS, qui Mariam ^{Inter-}centur placentalium quarundam oblatione & adora-

doratione honorabant, de quibus, vid. Epiphanius. hares. 79.

IV. PONTIFICIIS, qui cum Collyridianis cultum adorationis & invocationis, non solum creatori tribuunt, sed etiam creaturis vendunt, utpote.

I. MARIÆ. Contendunt enim cultum, seu hyperduliam B. Virginis à virtute religionis procedere, imò ipsam virginem adorari cum solo Deo cultu perfectæ patriæ, qui formaliter videm & terminativè non tendat in virginem, sed quatenus virgo est, quasi objectum divinæ adorationis, & concipitur ut eximia quædam mago DEI, vel ut habet peculiarem quendam contactum cum filio DEI. Vid. Cajetan. in 3. Thomæ q. 25. artic. 3. Vasquez. de Adorat. lib. 1. c. 1. 196. Tanner. Theol. Schol. T. 3. Disp. 5. q. 2. ub. 2. num. 57. & seqq. Præterea manifestum est in Psalterio Mariæ adorari B. Virginem iisdem verbis & eodem adfectu quo David Jehoram adorabat. Ps. 21. Adorent te (Mariam) familia gentium, Ps. 96. Adorate eam cives curiæ, Paradisi. Ps. 94. Venite adoremus & prostradamus ante eam, confiteamur ei cum stertibus peccata nostra Ps. 98. Adorate thronum eius. Adoro & benedico beatissimos pedes tuos, quibus antiqui serpentis cum omnibus pompis

N

pis

pis ejus caput calcasti, Vid. Orat. de omnibus membr. Mariæ. Hæc est mulier virtutis, quæ contrivit caput serpentis, hæc peccatores devotè adeamus pectora tundamus, dicentes: Sancta, sancta, sancta Maria, clemens & pia Domina nostra. Hinc pictura illa in templo quondam recepta est, in qua pedibus imaginis Mariæ, serpens seu Draco quidam succumbit, cuius illa pes fundet caput.

Deinde Pontificii adorationem vendicant.

2. EUCCHARISTÆ, vel Eucharisticæ hostiæ, quemadmodum facit Hieronymus Torrentius in Augustana Confess. lib. 3. cap. 4. §. 3. ubi expressè statuit, Eucharistiæ esse adorandam. Hujus vestigia legit Estius in cap. 1. ad Ebr. ubi ita annotans: *Aptissime videtur hoc testimonium Tridentina Synodus ad comprobandam adorationem Christi in Eucharistia. Nam si Angeli Christum adorant, quanto magis homines etiam in Eucharistia, ubi fideles, cum sciunt verè esse præsentem.* Verum, quamvis libenter concedamus, Christum in Eucharistia verè præsentem adorandum esse, tamen adorationem religiosam ad externa Symbola dirigenda esse, negamus.

3. ANGELICÆ MILITIÆ, docent enim Sanctos Angelos invocandos & colendos esse.

Orat. de q. omni necessitate, tam in vita, quam in morte.
 Hier. viii. d. Discip. de tempore. Catechismus lib. i.
 in peccata Sanct. Beat. cap. 19. ita scribit: *Jacob bene-*
dicens filii Josephi Gen. XLVIII. 16. ait: Angelus,
quem d. vi eripuit me decunctis malis, benedicat pueris
in tem. his. Ubi aperit Jacob Angelum invocavit.
 Grotius ad locum Genes. modo allegatum, ita
 in suscit. notat: *Jacob post DEum Angelum nominat,*
et DEI ministrum. Bonfrerius in h. l. p. 320. ita
 nomem scribit. Ferè communiter Angelum Jacobi cu-
 charitatis eodem intelligunt. Verum, heic notari illum
 nymus Angelum, qui saepe in historia illa ante com-
 cap. memoratus fuit, & Jacobo adparuit in Hajediah
 esse admodum indicat atq; innuit. Præterea Patriarcha hunc
 cap. 1. ad Angelum adponit Patri & Spiritui sancto, tri-
 buit ei divina officia, nim. l. redemptionem.
 hinc dicit

אֱלֹהֵי הַמֶּלֶךְ Angelus redimens,
 quod nominaliter exponitur Angelus redem-
 tor, & de nullo alio potest intelligi, quam de fi-
 lio Dei redemtoe unico, Act. IV. 12. 2. tribuit
 huic Angelo benedictionem tam spiritualem
 quam corporalem. E. per Angelum h. l. non in-
 telligitur Angelus quidam creatus, uti contendunt
 Sociniani, Ariani & Pontificii, sed increatus, qui
 est Jehova ipse filius DEI, cui etiam Jacobus, in
 Mesopotamiam proficiscens, votum fecerat,

N 2

Gen.

Gen. XXVIII. 20. uti etiam hunc locum de Angelo fœderis novi, Filio Dei, rectè exponunt Athanasius, Cyrillus, Chrysoſtomus & alii.

4. Piè defunctorum CATERVÆ, cui tribuunt *i. omnipotentiam*. Sic enim Coſterus in Enchirid. p. 468. Sancti, inquit, amandi ſunt & metuendi, laudandi atq; rogandi, quum ut pro nobis apud DEUM intercedant, quum ut ipsi nobis OPITULENTUR. Sunt illis genera ſpectanda, capita aperienda, lumina accendenda, ſtatua erigenda, & ſupplicationes decernenda. Vid. Lombard. lib. 4. ſent. diſt. 48. Tendent. Concil. ſeſſ. 25. Permitto, inquit Boſkierus conc. 21. de Pœnit. ut adverſarii noſtri dicant, quod volunt, ſi unquam B. Virgo devote invocata ipsis defuerit. Et paucis interjectis, ait: Et non credimus, cœlum modo habere homines adeo ingenioſos, adeo expeditivos, *ut pluribus in neceſſitatibus ſubvenire poſſint*, quàm nos in terra gravati craſſa carneaq; corporis maſſa.

Deinde Pontificii ſanctis defunctis tribuunt *omniſcientiam*. Sic enim Boſkierus lib. cit. Ignorantia aut inexperientia rerum hujus vitæ, quæ hic in ſanctis eſſe potuit, nihil obſtat, quò minus omnis generis auxilia ab ipsis speremus; illa enim jam mutato ſtatu in-

Omni-

mniscientiam transit. Alia Pontificiorum pu-
nimenta lubens pratero. Deniq; hic locus op-
tendus est.

V. CALVINIANIS, Christo secundum huma-
naturam cultum adorationis derogant, con-
nentes, Christum Mediatorem adorari, qua-
natura humana eius natura propter unionem
simul venit in considerationem ado-
atione divinâ, non quod ado-

io formaliter in Mediatorem, qua hominem
ndat. Vide Censuram Profes. Leidenfium in
onfes. Remonstrantium c. 16. Bezam volum. 2.
74. Sadeel T. 2. p. 181. Dan. in Exam. p. 417. Hinc
præsentibus, & ex eo ita colligunt:
quod religiosè adoratur, illud est DEUS.

umana Christi natura non est DEUS.

non est religiosè adoranda.

Sed Majorem ita limitamus: *Quicquid reli-*
giosè adoratur, illud est vel essentia DEUS, vel DEO
personaliter unitum. Hac datâ limitatione,
gamus Minorem. Nam licet humana Chri-
i natura non sit essentia DEUS, est tamen Dei-
ata h. e. in personam & subsistentiam τῷ λόγῳ
sumta, & proinde non ut nuda caro, sed ut
nita Deitati in una hypostasi τῷ λόγῳ adora-
r, ut loquitur Damascenus l. 3. de O. F. c. 8.
quod adeo clarum est, ut ipse Polanus in Par-
tit.

tit. Theol. p. 95. ita scriptitet: *Caro, quæ secundum suam naturam non est adorabilis, adoratur in incarnato DEO, non propter seipsam, sed propter unitum sibi, secundum hypostasim DEI Verbum.*

Calvinianis heic adfurgunt Remonstrantes, existimantes, à cultu adorationis non posse peti victum Deitatis Christi argumentum, quem errorem masculè profligavit *Dr. D. Calvinus*, de quo idem licet adfirmare, quod olim *Posidonius* les *Augustino* in vita ejus adfirmavit, quod ita filium Catholicam propagaverit, ut hereticos nullo passus sit loco consistere. Vid. *Confid. Arminianismi* disp. VII. §. 9. p. 115.

Sed de hoc loco satis. Plura qui desiderat, adeat commentarios.

Audiamus nunc PATRES ORTHODOXOS, quid nobis loquuntur tum de adoratione Christi secundum humanam naturam: tum de cultu & adoratione sanctorum.

Adorationem Christi secundum carnem orthodoxi Patres adprobant.

Caro Christi non ut nuda caro, sed ut unita Deitati in una hypostasi τὸ λόγος adoratur. Neq; enim verbum adoraturi verbum à carne seponimus, sed quum sciamus, verbum carnes

esse factum, illud jam in carne situm DEUm
agnoscimus, *Damasc. l. 3. de O. F. cap. 8. p. 198.*

Ego Dominicam carnem, imò perfectam
in Christo humanitatem propterea adoro, quòd
divinitate suscepta, atq; Deitati unita est, ut
non aliam atq; alium, sed unum eundemqve
DEUm, hominem Dei filium esse, confitear.

Deniq; si hominem separaveris à DEO, ut Pho-
D. Calocimus vel Paulus Samosatenus, illi ego nun-
quam credo vel servio, *August. Serm. 58. de Ver-
bis Domini T. 10. col. 217. D.*

Si quisquam assumptum hominem audet
dicere, una cum DEO verbo adorandum & glo-
rificandum, Deumq; tanquam alterum cum al-
tero appellandum esse, & non magis unâ ado-
ratione Emanuelem honorat, & unam illi glo-
rificationem, sicut verbum caro factum est, de-
putat, anathema sit, *Cyrillus anathematis. 8. T. 4
col. 138. B.*

Refer huc testimonia Patrum, quæ supra
allegavi in Enucl. Oracul IX.

*Adorationem SANCTORUM orthodoxi Patres
improbant.*

Si ideo, quia gloria sublimior est adora-
tur, par erat, ut omnia inferiora superioribus
se in adorando inclinarent. Sed ita non est
crea-

creatura, siquidem creaturam, non adorat, sed servus Dominum, & creatura DEum. Petrus vero adorare volentem Cornelium inhibuit, dicens: quoniam & ego homo sum. Angelus quoque Johannem in Apocalypsi se adorare volentem, non admisit, dicens: Vide ne feceris. Quo circa SOLIUS NEMINIS est adorari, neque id ab Angelis ignoratur, qui, quaequam ceteros gloriam transcendunt creaturas, tamen se esse neque in classibus adorandorum, sed adorantium agnoscunt se computari debere.

Athanas. orat. 3. f. 204.

Revera sanctum erat corpus Mariae, non tamen DEus, revera virgo erat, ipsa & honorata, sed non ad adorandum nobis data. Ipsa adorans eum, qui ex ipsius carne genitus est. Quis Prophetarum precepit hominem adorandum mulierem, *Epiphani. haeres. 79. contra pra nominatos Collyridianos.*

Sit in honore Maria, sed Pater, Filius, & Sp. Sanctus adoretur, Mariam NEMO ADORAT, *Idem l. 3. T. 2. c. 78.*

Tibi Domine maneat ihibara gloria. Solus de hoste triumphasti, solus captivos liberasti, solus pugnasti & vicisti, *Bernh. serm. 3. super Cantic. col. 525. C.*

Wolam

Wolan! G' Ditt grüßte dich/du bist sehr hoch
geehret/

Maria/ G' Dittes Gnad' ist bey dir einge-
sehret;

Das ist des Engels Gruß. Doch sol-
get nimmermehr

Das man Mariæ solt' erzeien gött-
lich' Ehr.

Ex v. 34.

*Quum superent hominum mysteria calica captum,
In sacris iudex litera sacra fiet!*

ORACULUM SACRUM XXII.

Ebr. IV. 12.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνεργησὶς, καὶ πα-
τερὶς ὑπερκατὰ μάχην δίστομον, καὶ
δικνηκὸν ἄχρ' ὑπερισμῶν ψυχῆς τοῦ καὶ πνεύ-
ματος ἀρωμῆτι καὶ μυλῶν καὶ κερπικὸς ὠθυ-
μῶτων καὶ ἐνταῖων καρδίας.

Latina versio Vulgata.

Vivus est sermo Dei & efficax, & pe-
netrabilior omni gladio ancipiti, & per-
tin-

N 5 tin-